

Sic tenent Azebedo l. 11. titul. 3. lib. 1. recopil. num. 5. Mexia pragmatica tristici, conclus. 5. num. 23. Lasarte de decima venditionis, cap. 19. num. 84. & addit. num. 85. in dubio, an Clericus sit negotiator, posse iudicem secularem de causa cognoscere; & videtur hanc sequi Gregor. Lopez l. 5. titul. 7. part. 5. vers. Clerigo. & tenet Guillelm. Cuneo, quem refert Salzedo ubi infra. & hanc dicant consuetudine in Gallia obseruari, Tiraquell. Aufrer. & Guillelmus Benedictus, quos ibi refert Salzedo: tenet etiam Gregor. l. 49. titul. 6. part. 1. glossa 3.

Secunda sententia omnino tenenda docet non posse conueniri, nisi coram iudice Ecclesiastico; quia nullo iure inuenitur casus hic exceptus; nec lex Regni citata dicit posse in eo casu conueniri coram iudice seculari, sed teneri foluere, vt laici tenentur; & licet id disponeret lex ciuilibus, non potest exemptioni Clericorum derogare, vt late probabo infra dub. 55. Item, quia esto hac res esset dubia, at in dubio an debeat cognoscere iudex secularis, vel Ecclesiasticus, pertinet cognitio ad Ecclesiasticum, vt late probabo infra dicto dub. 55. Sic tenent Lopus Clement. present. de censibus, & ibi Immola num. 11. & Cardin. ibi quest. 6. ubi dicunt, quod si sit questio, an sint Clerici res ex, & an causa negotiandi deferat, debet iudex Ecclesiasticus de hoc cognoscere, vt colligitur ex eadem Clement. in principio, ibi, locorum Diocesani; & in fine, ibi, Postquam Episcopo constitit. Bald. Petrus Iacobus, Marianus, Sozinus, Bertach. Iulius Ferrerus, Rolandus Valle, quos refert, & sequitur Salzedo pract. canon. Bernardi Diaz, cap. 55. sub finem. §. erit tamen.

Nota, quod in dubio an merces causa negotiandi afferat Clericus, est standum eius iuramento; nisi contrarium probetur. Glossa Clement. finali, de censibus, verbo, Non negotiandi. ubi Cardin. & Immola, Gregor. Lopez l. 5. tit. 7. p. 5. verbo Clerigo. Salzedo supra §. sic equidem.

D V B I V M L I I I.

An Clerici coniugati, mortua uxore, gaudeant immunitate solutionis gabellarum, & omnibus alijs privilegijs clericalibus, sicut Clerici prima tonsura non coniugati.

Sic conclusio: Clerici coniugati cum vnica, & virgine, ea mortua, & matrimonio soluto, consequuntur, & habent omnia priuilegia, quae Clerici primae tonsurae non coniugati habent. Probat, quia hic est verus clericus, & non coniugatus, nec bigamus. Item, quia cap. vnico, de clerico coniugato in 6. tantum dicitur clericus coniugatum non gaudere alijs priuilegijs, & non dicitur perdere ea ad significandum non esse omnino deperdita, sed tantum suspensa, dum manet matrimonium. Sic Couartu. questionibus practicis, cap. 31. num. 8. vers. 5. Dominicus dicto cap. vnico, §. in ceteris. Francus ibi, dicto §. in ceteris, num. 4. Ioannes Andreas ibi, Panormit. cap. clericus el. 2. de vita, & honest. clericor. num. 4. & confirmatur, quia propter hanc rationem clericus coniugatus, qui nullo gaudebat priuilegio clericali, eo quod dimiserat habitum, recuperat priuilegia, si habitum reassumat, vt docent

Francus dicto cap. vnico, & Ancharan. ibi. Archid. ibi num. 2. Ioan. Andreas cap. Ioannes, de clericis coniugatis.

Nota hanc conclusionem limitare aliquos, modo tales Clerici coniugati, mortua uxore, habitum reassumant. Sic Dominicus, Francus, Panormit. Ioan. Andr. ibidem.

At ea limitatio non est necessaria, quia, vt supra dixi, in alijs Clericis non requiritur habitus, & tonsura, nisi ad gaudendum priuilegio fori, iuxta decisionem Concilij Tridentini sess. 23. cap. 6. & ita eam limitationem non apponit Couart.

D V B I V M L I V.

An secularis emens vinum, & carnes suae familiae, in qua sunt aliqui Clerici, vt si habeat filium Clericum, vel Capellanum, debeat integre abstinere, id est, laica, super illis rebus impostum.

Ratio dubitandi, quia videtur non debere de ea parte, quam consumit Clericus, cum sit ab omni exactione immunis.

Sic conclusio. Talis secularis integre debet abstinere. Ratio, quia dominium eorum, quae consumuntur, non est Clerici, sed patris secularis, sicut Clericus, qui sustentat plures famulos seculares, non tenetur soluere abstinere pro parte, quam famuli consumunt. Sic docti recentiores.

D V B I V M L V.

An teneantur Ecclesiastici ad tributum impostum pro ijs, quae concernunt utilitatem communem laicorum, & Clericorum, & pia sunt, vt ad constructionem, refectionem pontium, viarum, murorum, vel de calzadamentum oppidum ab hostibus, peste, &c.

Spponenda sunt aliquot fundamenta.

Primum est, Ecclesiastici sunt immunes, quoad personas, & omnia bona, quae non causa negotiandi deferunt, ab omni iurisdictione seculari, & quibuscumque vestigalibus, & gabellis, & qui a Clericis ea exigunt, contrahunt excommunicationem. Patet ex c. non minus, & cap. aduersus, de immunit. Eccles. cap. quanquam, de censibus in 6. cap. tributum, & cap. secundum. 23. quest. 8. cap. bene quidem, dist. 96. cap. Ecclesia, de constitut. cap. 1. & cap. Clericus, de immunit. Eccles. in 6. Clementina present. de censibus, cap. nouit, de sentent. excommunic. l. sanctimus, c. de sacrosanct. Eccles. l. 50. §. 1. titul. 6. part. 1. l. 1. tit. 3. lib. 1. noua recap. & ibidem l. 6. titul. 19. lib. 9. Quod quidem conuenientissimum fuit Christianae republice, non tantum in spiritualibus, quod iure diuino iam institutum erat, sed etiam in temporalibus; quia summus Pontifex potestatem habet ferendi leges in his, quae sint Ecclesiae regimini, & administrationi conducibilia; at conducit plurimum, quod ministri Ecclesiae non implicent se negotijs secularibus, 2. ad Timoth. 2. cum non possint commode vacare ministerio diuino, si trahi possint, & conuenit clerici, vel eorum res coram iudice

iudice seculari. Secundò, quia licet non constet inter Doctores an haec immunitas tam quoad personas, quam quoad res temporales sit de iure diuino; plurimi enim testantur esse de iure diuino, alij verò esse de iure humano; at omnes testantur eam esse valde consonam iuri diuino, & ab eo originem ducere. Item, quia sicut rationi consonum est, vt Princeps a quibusdam tributis nobilibus eximat in premium, & honorem nobilitatis, ita rationi conforme est, vt Pontifex ratione dignitatis, & honoris Ecclesiastici clericos a tributis eximat.

Secundum fundamentum sit. Quamuis fateamur hanc immunitatem Clericorum à gabellis esse iure humano inductam: at nullus Princeps secularis, quantumvis summus, potest huic exemptioni, vel immunitati proprijs legibus propriae auctoritate derogare; quare leges imponentes aliquod tributum Clericis ipsis non ligabunt. Probat ex cap. 1. de immunitat. Eccles. in 6. ubi excommunicantur quicumque potestatem secularem habentes imponunt aliqua tributa clericis, & cap. clericis, eodem titul. §. Nos igitur, declaratio, licet sint Reges, vel Imperator. Et ratio est, quia Pontifex, & Concilia iure optimo poterunt clericis (vt probaui) hanc immunitatem concedere: ergo non potest ab alio, quam à Pontifice reuocari, inferiores enim nequeunt superioris legem reuocare: at omnes seculares Principes in Ecclesiasticis rebus sunt Papa inferiores. Item quia esto immunitas haec prima sui origine ab imperatoria concessione dimanauerit, at iam à multis Pontificibus, & Concilijs confirmata est, & totus orbis, à quo Principes seculares potestatem acceperunt, in hanc consensit, immo & ipsi Principes seculares in hanc consenserunt. Sic tenent Couar. quest. pract. cap. 31. num. 3. vers. Quarta conclusio. Bellarmin. lib. 1. de Cleric. cap. 28. fins. Ledelm. 2. 4. quest. 20. artic. 4. Blasius Nauarrus de vestigalibus, cap. 10. fins. Gregor. Lopez l. 54. titul. 6. part. 1. vers. En las calzadas. Guttierrez lib. 1. pract. quest. 3. n. 6. Otalora de nobilit. 2. part. cap. 1. num. 10. Perez lib. 1. ordinam. titul. 2. l. finali, fins. Rebuffus 1. tom. consil. reg. Francia, titul. de sententia prouinciali, art. 3. glossa 6. num. 3. Calderinus titul. de censibus, consil. 2. num. 3. Decius cap. Ecclesia, de constitut. num. 24. Antonius cap. non minus, de immunitat. Eccles. num. 10. & ibi Ioan. Andr. fins. & ibi Panormit. num. 16. & cap. Ecclesia sancta Maria, de constitut. num. 10. ubi dicit, quod quando lex disponit specifice de clericis, & Ecclesijs, quamuis canon non contradicat, non est seruanda tanquam condita à non habente potestatem, & sic est nulla; & num. 9. dicit esse commune axioma legem Principis praedudicalem Ecclesijs non obligare, nisi expresse approbatur à Papa: quod sequitur Syluest. Immunitas 1. q. 5. dicto 4. & Angelus verb. Immunitas, numer. 37. & Metina C. de restitut. quest. 15. fol. 54. pagin. 3. vers. videtur igitur, dicit esse tyrannidem petere gabellam à Clericis absque licentia Papae, & idem Panormit. eo cap. Ecclesia, num. 21. & 22. dicit cum Felino ibi num. 8. Paulo & Cardin. Clement. finali de censibus, notab. 2. non posse statutum Principis secularis disponere super bona patrimonialia Clericorum; quia bona sequuntur personam tanquam accessoria, & sic gaudent eodem priuilegio; & refert ibi Th. Sanchez Consil. moral. Tom. 1.

Panormit. Collectarium dcentem sic seruare curiam. Ad quod est mirabile dictum Innoc. cap. verum, de foro competenti, num. 2. ubi sic dicit: Vbi rei alicuius est acquiritum dominium Ecclesiae, est sancta Domino, & ideo per nullum potest capi nisi auctoritate Ecclesiastica. Fauet valde lex 54. tit. 6. part. 1. quia explicando immunitatem hanc Clericorum à gabellis, subdit, Pero algunas cosas ay, en que tu vo por bien lasan ta Iglesia, que no se pudiesen excusar los clerigos, assi como en puentes. Ecce quomodo totam obligationem refert ad Ecclesiae decretum.

Tertium fundamentum sit, licet Doctores, vt Syluest. immunitas, 1. quest. 5. dicto 4. Angel. verb. Immunitas, num. 37. Panorm. cap. non minus, de immunit. Eccles. num. 20. Ludonic. Lopez 1. part. instruat. noui, cap. 190. fol. 450. dicant dupliciter aliquid posse concernere utilitatem Ecclesiae: primo modo proximè, & directè, vt quando aliqui deuantant aliquem agrum, in quo Ecclesia habet possessiones, & imponitur aliqua contributio ad eos expellendos. Secundo modo remotè, & indirectè, & per quamdam consequentiam, vt in reparatione murorum, viarum, fontium ciuitatis, &c. At maioris claritatis, & distinctionis gratia possumus in tria membra distinguere; & sic tripliciter potest aliquid in clericorum utilitatem cedere. Primo modo proximè, & directè, vt si aliqui laicorum, & clericorum praedia deuantent, & sit opus mittere aliquos, qui praedia custodiant, vel sit opus retere viam, quae est ante Ecclesiam, vel purgare puteum necessarium roti vicinia, in qua est Ecclesia. Secundo modo remotissime, quia scilicet cedit in publicam utilitatem, & commune bonum totius regni, & cum Ecclesiastici sint pars regni, in consequenti cedit in ipsorum utilitatem. Tertio modo medio modo, nempe nec remotissime, nec proximè, sed remotè, & indirectè, vt quod est ad refectionem murorum, vel pontium huius ciuitatis, vel ad custodiendum hanc ciuitatem, cuius clerici sunt incolae.

Quartum fundamentum sit. Duo sunt certa apud omnes in hac materia.

Primum est, quod Clerici non tenentur contribuere vnà cum laicis, regulariter loquendo (nam in aliquo casu maximae necessitatis, postea disputabitur) ad ea, quae sunt in utilitatem clericorum secundo modo, scilicet remotissime. Ratio, nam cum omne tributum iustum necessarium debeat esse propter publicam utilitatem, aliàs si esset propter priuam, esset iniustum, vt optimè docent Ricard. quodlib. 3. quest. 27. Caietan. verbo vestigal. Driedo de liberr. Christ. lib. 2. cap. 5. Castro lib. 1. de lege panali, cap. 11. conclus. 2. si clerici tenerentur ad ea, quae sunt in ipsorum utilitatem secundo modo, tenerentur ad omne tributum, contra dicta in primo fundamento.

Alterum certum est apud omnes, ad ea, quae sunt in utilitatem Clericorum primo modo, nempe proximè, & directè, tenentur contribuere clerici. Ratio, quia haec potius est dicenda priuata utilitas Ecclesiae, & Clericorum, cum ipsos ita proximè tangat; & sic habent l. 1. tit. 3. lib. 1. recap. & tenent Bart. l. ad instructiones, C. de sacrosanct. Eccles. n. 3. Paulus de Castro ibi num. 1. Nau. in omnibus summis, cap. 27. num. 115. Speculator 4. p. titul.

titul. de exactionibus, §. unico, num. 10. Gregor. Lopez l. 5. 1. vers. Por ragon. tit. 6. part. 1. Azebedo l. 1. 1. tit. 3. l. 1. noua recopil. num. 4. Syluest. Immunitas l. 1. g. 5. diñ. 4. Ang. verb. Immunitas, num. 37. Tabien. Excommunicatio 5. casu 18. num. 4. vers. 3. Ludouic. Lopez 1. part. instr. noui. cap. 190. fol. 450. Panorm. cap. non minus, de immu. Eccles. n. 20. Auendaño cap. Pratorum, 2. p. cap. 14. n. 13. Mexia pragmatica tritici, encl. l. num. 61. & omnes.

6 Nota primò in hoc casu non esse attendendum, an ad sint propria oppidi, necne, licet enim sint sufficientia ad hæc, adhuc tenentur Ecclesiastici contribuere. Sic habetur expressè l. 1. 1. tit. 3. lib. 1. recop. & ibi Azebedo num. 4. Mexia eo num. 61. Et ratio est, quia propria oppidorum, cum vbius communis utilitatis destinata sint, non possunt in his expendi; licet enim concernant vtilitatem publicam, at id est secundariò, & priuatam primariò, vt bene Auendaño cap. Pratorum 2. part. cap. 10. num. 23. 24.

7 Secundo nota non esse opus in hoc casu, vt contribuunt clerici, consulete Romanum Pontificem, quia cap. aduersus, de immunit. Eccles. exigens consulete, loquitur in concernentibus vtilitatem publicam; at hic agitur de priuata clerici vtilitate. Sic Syluest. Ang. Panorm. Tabien. Ludouic. Lopez proxime citati.

8 Immo aliqui dicunt posse iudicem secularum in hoc casu cogere clericos ad contribuendum, non adstringendo personas, sed ex bonis capiendò; quod probatur ex l. 12. tit. 3. lib. 1. recop. vbi cum dixisset clericos ad hoc teneti, subdit, y saquen las justicias las prendas assi de legos, como de clericos; & quò loquatur de vtilitate priuata, patet ex exemplis, quæ ibi ponit; & quia ibi non dicit, deficientibus propriis oppidi, vti dixerat l. precedenti, in qua fecerat sermonem de reparatione murorum, & pontium, & sic explicat Azebedus illa l. 12. num. 1. Sic tenet Azebedo dicta l. 1. 1. num. 5. vbi multos falsò allegat, & l. 12. n. 1. Auendaño 2. part. cap. Pratorum, cap. 14. num. 13. vbi dicit iudicem secularum ad cogendum clericos soluere debere, vt videret excommunicationem, vti consilio Baldi auct. sed & periculum, sine, C. sine censu; vbi in alio simili consulit Baldus, ne distingatur persona clerici, sed res. Idem tenet Guillelmus cap. Raynuius, de testament. verbo domum, n. 17. 18. Mexia pragmat. tritici, conclus. 5. num. 70. qui ambo falsò allegant Carpollam, dicuntque posse iudicem secularum cogere clericum reparare viam ante domum suam, & itinera publica. Adidit Mexia posse exigere à Clericis pœnam, si aquam, vel alias immunditias per publicos calles immittant.

9 Cæterùm omnino tenendum est non posse, sed iudicem Ecclesiasticum debere cogere; quia, vt dixi in secundo fundamento, in hac re non potest lex ciuili exemptioni Clericorum derogare; nec inuenitur in iure canonico hic casus exceptus. Sic tenet Paulus de Castro l. ad instructiones, n. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Guttier. lib. 1. pract. quest. 3. n. 10. dicitque esse fallum, quòd possit iudex secularis cogere reparare viam ante domum, &c. Syluest. Ang. Panor. Ludou. Lopez proxime citati. Conferunt ad hoc dicenda statim dub. 3. mouendo in hoc eodem dub. Item quia quando ciuitas est obfessa taliter, vt non sit sicut laici ad eius defensionem, & clerici tenentur vigilare, dicunt Do-

ctores non esse cogendos à iudice seculari. Sic Innoc. cap. non minus, de immunit. Eccles. num. 6. Panormit. num. 15. Host. summa eod. titul. §. à quibus, num. 4. vers. merè personalia, & lex 52. tit. 6. part. 1. & ibi Gregor. Lopez vers. del Obispo. Ang. verbo, immunitas, num. 34. ergo à fortiori in presenti casu non debent cogi à iudice seculari, sed ab Ecclesiastico.

Tertiò nota, quòd hoc, quòd debent clerici contribuere in hoc casu, debet ab omnibus, & non à solis laicis approbati. nam quod omnes tangit, ab omnibus approbandum est. Sic Syluest. Ang. Panor. Ludou. Lopez proxime citati.

His ergo suppositis quatour vertuntur in dubium in presenti difficultate. Primum est, an quando aliquid concernit vtilitatem communem Clericorum tertio modo, nempe nec proximè, nec remotissimè, sed medio modo, vt ad constructionem pontium, murorum, viarum, &c. tenentur clerici, sicut laici contribuere. Secundum est, at tunc sit necessaria licentia Pontificis summi. Tertium est, an possit iudex laicus cogere ad id clericos. Quartum, an quando concernit vtilitatem Clericorum secundo modo, y nempe remotissimè, quia scilicet concernit vtilitatem totius regni, tenentur Ecclesiastici contribuere in aliquo casu magnæ necessitatis.

Circa primum dubium duplex est sententia. 12 Prima dicit non teneri Ecclesiam, nec clericos contribuere ad ea quæ sunt in vtilitatem ipsorum tertio modo, vt ad refectionem viarum, murorum, pontium, &c. Probatur ex Concilio Lateranen. & habetur cap. non minus, de immunitat. Ecclesiar. vbi tractatur de folatis faciendis, quæ sunt ad vrbis custodiam, & sic ad communem vtilitatem Clericorum, & laicorum tertio modo: quod etiam inde colligitur, quia dicitur ibi, Ad communes necessitates, & iubetur sub excommunicatione, ne exigatur aliquid à Clericis, & statim ponuntur hæc verba, nisi Episcopu, & Cleru tantum necessitates, vel vtilitatem perspexerint, vt absque vlla euacuatione ad reuelandas communes necessitates, vel vtilitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesiam existimem conferenda. & cap. aduersus, eod. tit. repetuntur eadem verba, & subditur, quòd tunc laici humiliter, & deuotè recipiant, & cum gratiarum actione quod clerici contribuirint; ergo hoc non est obligatorium, sed voluntarium, si quidem textus dicit, absque conditione; & remittit voluntati clerici, & iubet, vt laici gratias agant, quasi id sponte datum sit. Secundò, quia in hac re standum est decisioni iuris canonici, quod, vt dixi in primo fundamento, absolute, & vniuersaliter eximit clericos à tributis, non autem decisioni iuris ciuili, quòd nihil in hoc valet disponere, vt dixi in secundo fundamento. Sic tenet Panormit. volum. 1. consil. 3. & cap. non minus, de immunit. Eccles. num. 18. 20. & dicto cap. aduersus, num. 4. 6. Anton. eo cap. non minus, num. 10. & ibi Ioan. Andr. sine. Hostiens. summat. de immunit. Eccles. §. à quibus, num. 4. vers. Ego puto. Bart. l. ad instructiones, C. de sacrosanct. Eccles. num. 3. Decius cap. Ecclesia, de consil. num. 24. Calderinus consil. 2. tit. de consil. num. 2. Glossa cap. generaliter 16. quest. 1. vers. collationibus. Iason l. placet, in 2. lectura, C. de sacrosanct. Ecclesia. n. 16. Ludou. Lopez 1. part. instr. noui. cap. 190. fol. 450. Syluest. dicens esse communem Doctorem vtriusque

vtriusque iuris, immunitas, 1. quest. 5. dicto 4. Angel. verbo immunitas, num. 37. Tabien. Excommunicatione 5. casu 18. num. 4. vers. 3. D. Anton. 3. part. tit. 12. cap. 3. 8. 2. Medina C. de restitut. quest. 15. in principio, fol. 53. pagin. 1. & est satis probabilis.

Secunda sententia docet teneri Ecclesiam, & Clericos ad hanc contributionem. Probatur primò, quia secundum ius naturæ: est eum pati damna, quem sequuntur commoda, l. secundam ff. de reg. iuris, cap. qui sentit, de reg. iuris in 6. sed clerici iuuantur pontibus, & illis muris, & itineribus, sicut laici; ergo. Secundò probatur, quia pluribus legibus decimur ad Ecclesiasticos ad hoc teneri, l. ad instructiones, C. de sacrosanct. Ecclesia. vbi sic dicitur, Ad instructiones itinerum, pontiumque etiam venerabiles Ecclesia ascribimus. & l. 54. tit. 6. part. 1. vbi sic dicitur, En las puentes que nueuamente hacen los lugares, do son menester para pro comun al de todos; y en guardar las que son viechas, como se mantengan e no se pierdan, y en las calzadas de los grandes caminos, y de las otras carreteras, que son comunales, son tenidos los clerigos de acudir a los legos, e de pagar cada vno dellos, assi como los otros vecinos legos. & l. 20. tit. 32. part. 3. vbi sic dicitur: Si en las ciudades, o villas han menester hacer calzada, puente, muros, si han ventos apartadas de comun, deuen de ser primeramente despendidas, y sino cumplieren, o no vniere alguna cosa comun, deuen los moradores pechar, &c. y deisto no se pueden excusar los clerigos; que pues la pro destas labores pertenece comunmente a todos, derecho es, que todos ayuden. & l. 1. 1. tit. 3. lib. 1. noua recopil. vbi sic dicitur, En los pechos, que son para bien comun de todos como para reparo de muros, o de calzada, o de carrea, o de puente, o de fuente, o de compra de termino, o de costo, que se haga para velar, y guardar la villa, y su termino en tiempo de menester, en estas cosas tales a fallecimiento de propios del conçejo, deben contribuir los clerigos, porquanto es pro comun de todos y obra de piedad. Tunc sic: omnes hæc leges expressè decidunt clericos ad hoc teneri, nec in hoc casu specialiter inuenitur oppositum decimur in iure canonico; ergo se ferendum est, quia causa Ecclesie debet decidi per ius ciuile in defectum canonum; omnes enim leges non contradicentes iuri canonico sunt approbate per Ecclesiam; colligitur expressè ex cap. 1. de noui operis nunciati. vbi Glossa vers. adiunantur. & Panormit. ibi num. 3. Sed dices, hoc correctum esse per ius canonicum; nam cap. non minus, & cap. aduersus, de immunit. Eccles. hoc relinquunt voluntati clerici, vt probauit prima sententia. Hoc tamen non obstat, quia id non relinquunt liberi voluntati Clerici; nam quatenus dicitur, absque conditione, intelligitur ipsorum laicorum, quia iudex laicus non debet ad hoc cogere, vt dicimus infra; & sic laici humiliter debent petere, & post retributionem gratias agere, & non cogere, vt dicitur dicto cap. aduersus; quatenus verò relinquit arbitrio clerici non intelligitur ad decernendum, an sit conferendum, cum ad hoc teneantur; sed ad videndum, an euenierit casus, scilicet necessitas communis, in quo tenentur contribuere; vel licet dicamus omnia relinqui arbitrio clerici, non intelligitur de libera voluntate, sed de arbitrio iure, & ratione regulato; quia ver-

bum, existimem, positum dict. c. non minus, ibi, Nisi Episcopus, & cleru subsidia per Ecclesia existimem conferenda, non ad placium voluntatis refertur, sed ad arbitrium boni viri ratione regulatum. l. fideicommissa, §. quemquam, ff. de legat. 3. & docent optimè Greg. Lopez l. 54. tit. 6. part. 1. vers. en las calzadas, sine. Guttier. lib. 1. pract. g. 3. n. 7. Decisio Pedemontana 68. n. 18. 19. Bart. Extranaq. ad reprehendum, verb. videbitur. vnde cap. non minus, potius est pro hac sententia, illamque probat, vt aperte colligitur ex l. fideicommissa, §. sic fideicommissum, vers. Quenquam ff. de legat. 3. vbi dicit lex, quòd si fideicommissum sic relinquatur, si volueris, non debetur, quia plenum voluntatis arbitrium relinquatur; verò si dicit lex, si fueris arbitratus, si ptaueris, si existimaueris; non plenum voluntatis arbitrium relinquatur, sed quasi viro bono: proinde, si alter meruerit, debebitur: vbi Glossa verbo Arbitrium, sic dicit, in hoc casu tantum permittitur, vt equum videat, quòd si est, non permittitur heredi aliter interpretari. Cum ergo cap. non minus iubeat, vt Episcopus, & Clerus conueniant, & perscipiant necessitatem, & existimem, an subsidium conferendum sit, hoc debet esse ratione regulatum, & si rationi esse conforme inuenierint, prout ita esse probat prima ratio pro hac sententia posita, tenebuntur contribuere. Tertiò probatur ex cap. peruenit, de immunit. Eccles. vbi Ecclesiastici tenentur tempore necessitatis ad custodias murorum: quem textum licet variè interpretentur Doctores iuris Pontificij, adè vt Glossa ibi initio, & Panormit. ibi initio, dicant à nullo summati, propter varios eius intellectus: & sic Ioan. Andr. Holt. Anton. ibi ponunt duos intellectus. Primus est, vt habeat tantum locum in ciuitatibus, quæ sunt de temporali dominio Ecclesie, sicut est ciuitas Terracinenis, cuius Episcopo scribitur illud caput. Secundus est, quòd est casus specialis, cum ciuitas inuaditur à Sarracenis, à quibus illa propter confines terminos sæpe inuadebatur. Alij verò dicunt non loqui hoc caput de Clericis, sed de hominibus Ecclesie, id est, de mancipiis, rusticis, & similibus, qui regulariter non debent angariari, cap. Ecclesiarum seruos, 12. quest. 2. & l. 1. & ibi per Bart. C. de Episcop. & cler. sic expressè videtur intelligere Innoc. dicto cap. peruenit, initio, & glossa ibi vers. Nullum, & vers. Aut alio modo; & clarissimè Host. summa, tit. de immunit. Eccles. §. à quibus, num. 4. vers. merè etiam personalia. Hos intellectus reprobat Panormitan. dicto cap. peruenit; & verus, ac communis intellectus est ratione maximæ necessitatis, ita vt sine clericis non possit ciuitas ab inuasionem custodiri, tenent Clericos, vt explicant ibi Panorm. a num. 3. & precipue n. 6. & lex 52. tit. 6. part. 1. & ibi Greg. Lopez gloss. 1. 2. & 3. Anchat. dicto cap. peruenit, num. 1. Guillelmus cap. Raynuius, de testam. verbo, & vocem nomine Adalastiam, decis. 5. num. 470. Azebedo l. 1. 1. tit. 3. lib. 1. recop. num. 7. Duenas regula 100. limitati. 12. Ruinus consil. 219. volum. 1. num. 12. Auiles cap. 23. Pratorum, Glossa den orden, num. 4. Angel. verbo Immunitas, num. 34. Syluest. immunitas, 1. quest. 4. dicto 3. Iaso, & Mauritius, quos refert Duenas supra, Innoc. cap. non minus, de immunit. Eccles. num. 6. Tabien. Excommunicatio 5. casu 18. num. 4. vers. 3. An verò possint cogi per iudicem secularum ad hoc, dicit quòd non, vt docent ibi lex part. 52. & ibi Greg. Lopez vers. del Obispo.

lito, Clericos teneri ad hæc contribuere, an cogi possint ad id per iudicem secularem.

Duplex est sententia.
 30 Prima ait posse iudicem secularem ad hoc cogere Clericos. Probatum primò ex l. 3. tit. 3. lib. 1. r. copil. vbi sic dicitur, *Mandamus, que nungun juec, ni señor no apremie clerigos, iglesias, ni monasterios, que pechen, ni contribuyan, &c. salvo en aquellos casos, que se contienen en la ley deste titulo, que comienza, Exemptos, que es la ley 1. vbi præcipitur, vt contribuatur ad refectionem pontium: ergo à contrario sensu potest in hoc casu cogere, quia argumentum à contrario sensu est fortissimum in iure, l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est. & cap. cum Apostolica, de his, que sunt à Prælat. Secundo probatur ex doctrina Alberici *auth. statimus, num. 7. C. de Episc. & Cleric. vbi dicit, Clericum posse conueniri coram laico quoad onera realia, quæ directè inspiciunt ipsam rem: at hoc est onus reale, non enim hoc debet Clericus ratione personæ, sed ratione rei, quia scilicet habet bona temporalia in eo oppido, nec est distinguenda persona Clerici, sed res eius; ergo. Tertiò probatur, quia Clericus negotiator potest cogi ad soluendum alcaualam à iudice seculari, non capiendo personam, sed res, eo quòd debet illam ratione rei, circa quam negotiatur, vt docent Azebedo l. 11. tit. 3. lib. 1. r. copil. num. 5. Mexia *pragmat. panis, conclus. 5. num. 23.* Lafarte de *decima venditionis, cap. 19. n. 84.* & colligunt ex l. 7. tit. 18. lib. 9. *novæ recop. vbi dicitur hos Clericos teneri soluere gabellam, sicut laicos: immo addit ibi Lafarte num. 85.* quòd si est dubium, an sit negotiator, potest iudex secularis de causa cognoscere: ergo similiter in nostro casu. Hanc tenet Balbus in consilio, quòd habetur typis excusum post decisionem 68. Pedemontanam; vbi postquam dixerat Ecclesiasticos non esse compellendos per iudicem secularem, dicit num. 39. quòd hoc non procedit per solitam obseruantiam in contrarium expressam, manifestamque tolerantiam Papæ, & vniuersalis Ecclesiæ; quia officiales laici pro obtinendis contributionibus in his muneribus à Clericis, faciunt executionem in suis bonis, & fructibus beneficiorum, ex his enim censetur tacita dispensatio sic faciendi, cum conueniat tolerantia Papæ, & Ecclesiæ. Idem tenet Olanus in *concordia iuris*; cum enim *littera C. num. 38. & 39.* dicat videre vsu receptum, quòd iudex secularis cogat Clericos, at se nescire, quo iure, aut qua ratione; at in epigolo legum partitarum, quem ponit in *fine illius libri, num. 3.* sic dicit, *lex 4. tit. 6. p. 1. dum ait secularem iudicem non posse cogere Clericos ad prædictam contributionem, esse correctam per contrarium vsu.* nam hodie etiam Clerici conueniuntur per iudicem secularem, & compelluntur ad dictam contributionem. Idem tenet Richard. *quodlib. 2. quest. 30. art. 5.* & Egidius Tomatus *tractat. de collectis, cap. quod incipit, videntum nunc est, à num. 3. fol. 247. vsque ad n. 10. fol. 256.* latè hoc probans, & eo num. 10. concludit sic esse tenendum. Idem videtur approbare Quæstada *quest. iuris civilis, cap. 4. num. 14. & 15.* idem Gloss. *cap. Principi saculi, 23. quest. 5. vers. intra Ecclesiam*, vbi ponit multos casus, in quibus laici habent iurisdictionem in Ecclesia, & vnus est, cum tributum petunt ab Ecclesia. Idem tenet expressè Auiles *cap. 22. Prætorum*, Glossa *den orden, num. 11.* vbi dicit, quòd quando iudex Ecclesiasticus requisitus**

non vult, debet cogere seculares; & latè probat. Pro eadem est Rebuffus *1. tomo consilia, regiar. Francia, tit. de sententia prononciali, glossa 6. num. 6.* vbi refert sæpè coactos esse Clericos in regno Franciæ à Regio senatu Parisiensi; & num. 7. concludit, in hoc casu sententiam iudicis regij esse executoriam, siue iudex condemnarit aliquos ad refectionem, siue ad dandum pecuniam pro refectione; & num. 2. dicit, in hoc casu non esse dandum locum appellationi. Sed hoc testimonio Rebuffi nihil probatur; quia loquitur in Gallia, in qua est priuilegium Bonifacij VIII, vt possit Rex cogere Ecclesiasticos ad hanc contributionem; quod ad pedem litteræ refert Guillelmus Benedictus *cap. Raynucius, de desertam, verbo, & exorem nomine Adelsiam, decif. 5. num. 474.* qui antiquior fuit Rebuffo, refert enim ibi Rebuffus Guillelmum Benedictum; & videtur apertè idem tenere Guillelmus Benedictus *ibi num. 470.* dans doctrinam vniuersalem, & Mexia *tacita panis, conclus. 5. num. 64.* vbi dicit posse laicum cogere, vel quando est periculum in mora, vel quando iudex Ecclesiasticus requisitus negligit, vel plus debito differt, attento (inquit Guillelmus Benedictus) quòd videmus iudices Ecclesiasticos in talibus esse rebelles, & plus debito remissos.

31 Secunda sententia omnino tenenda docet non posse iudicem secularem, sed conueniendum esse Clericum coram iudice Ecclesiastico. Probatum primò ex aperta decisione l. 54. tit. 6. part. 1. vbi postquam definitur Clericos teneri contribuere ad refectionem pontium, &c. subdit lex, *Pero para esto facer no les denen apremiar los legos, mas dexer les que lo fagan, y si ellos no lo quisieren facer, han de mostrar lo a los Prelados, que se lo bagan facer.* Quòd si dicas esse derogatam per contrariam consuetudinem, non constat de tali consuetudine, eaque, toto Clero reluctante, introducit: & præterea quotannis promulgatur Bulla Censæ, de nouo prohibens personas Ecclesiasticas grauari à laicis quocumque onere: si dicas esse derogatam per l. 3. tit. 3. lib. 1. r. copil. citatam pro prima sententia, ex qua apertè à contrario sensu probatur posse laicum ac secularem iudicem cogere Clericos; dico quòd argumentum à contrario sensu non habet vires ad probandam, quando contrarium est expressè alio iure definitum, vt legum correctio vitetur, vt colligitur ex *cap. à nobis, de sentent. excommuni.* & tenet Glossa *cap. significasti, de foro compet. vers. Clerici, & ibi late Felinus Nauar. apologia in lib. de redd. quest. 1. monito 44. num. 2. Gutier. lib. 1. pract. quest. 5. num. 14.* Euerardus in *topicis legalibus, in loco à contrario sensu*, Gregor. Lopez l. 17. tit. 1. part. 6. *vers. descendentes*; at hic est contrarium decusum in iure, nempe *dictal. 4. tit. 6. part. 1.* & in iure canonico, vt mox videbimus. Sic respondet Gutierrez *ibi ad illam legem 3. tit. 3. lib. 1. r. copil.* Secundo probatur, quia quidquid sit de lege ciuili, cuius non est circa exemptionem Clericorum disponere, vt probant secundo fundamento, iure canonico cautum est, ne cogat laicus ad hanc contributionem, *cap. non minus, & cap. aduersus, de immuni. Eccles. vbi præcipitur laicis, vt humiliter, & absque vlla coactione, & exactione petant à Clericis.* Item per multos textus constat exemptio Clericorum quoad bona, & personas à iurisdictione laica, vt probant in primo fundamento; & in toto iure canonico non inuenitur exceptus hic casus: immo

immò in hoc casu prohibetur coactio, *dicto cap. non minus, & dicto cap. aduersus.* Item quia ideo iudex Granatenis non potest pro quouis debito occupare bona incolæ Còstudenis, quia talis non est de suo foro, & iurisdictione, & bona accessoria sunt personæ: sed similiter Clericus non est de foro, & iurisdictione laica, *cap. si clerici, cap. clerici, & cap. qualiter, de iudicis, cap. 2. de foro compet. cap. continus, & multis illius questionis capitulis, 11. quest. 1.* ergo nequit iudex laicus occupare bona Clericorum pro hac contributione. Item, quia in dubio melior est conditio possidentis, nec propter dubium spoliandus est quis iure certo, quòd possidet: at omnimoda exemptio à iurisdictione laica quoad personas, & bona est certa de iure canonico etiam in hoc casu: quòd autem derogata sit vsu, est valde dubium, & cum hæc sit causa Ecclesiastica, dubium hoc per iudicem Ecclesiasticum terminandum est; sicut quando dubium est, an quis sit Clericus, & Ecclesiæ iurisdictioni, non debet hoc determinare iudex laicus, & seularis, sed Ecclesiasticus, vt habetur *cap. si iudex, de sentent. excommuni. 6. & ibi redditur ratio, quia de re Ecclesiastica tractatur: & sic docet ibi Francus, Glossa, & omnes, vt refert, & sequitur Couar. *pract. quest. cap. 3. num. 1.* vbi multos alios refert, dicitque sic apud Hispanos seruari: immo vbi contingit quæstio inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem de iurisdictione, iudex Ecclesiasticus propter maiorem suam auctoritatem cognoscat, an sua sit iurisdictione, vt docet Gutierrez *lib. 1. pract. quest. 6. num. 2.* Perez in *vrbis, tit. 1. lib. 1. ordin. Couar. vbi supra, Anton. cap. ceterum, de iudic. Felin. & Decius, in pastorali, in principio, de versip. Iason l. 2. ff. si quis vocatus in ius non ierit.* Ergo in hoc dubio velle iudicem secularem spoliare Clericos sua exemptione, ipsos cogendo contribuere, velleque hanc causam, quæ merè Ecclesiastica est, cum de personis Ecclesiasticis, & de exemptione Ecclesiastica tractetur, propria auctoritate definire, Clericos cogendo, manifestè est iniquum, maxime, quia in ambiguis religionis questionibus summa est ratio, quæ pro religione facit: vt expressè his verbis dicitur *l. sunt persone, in fine, ff. de relig. & sumptibus, finem.* & assert ad hoc propositum Panorm. *cap. non minus, de immuni. Eccles. num. 18. prope finem.* Et confirmatur, quia quoties dubium est, an reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, iudicis Ecclesiastici est hæc cognitio, vt bene Perez *lib. 1. ordin. tit. 2. l. 7.* & quando dubium est, an Clericus gaudeat fori priuilegio ob aliquam causam, iudicis Ecclesiastici est de hoc cognoscere, vt bene Couar. *proxime citatus, Paz, pract. 2. tomo, preludio 2. num. 9.* Ergo in hoc dubio immunitatis Ecclesiæ iudex Ecclesiasticus debet cognoscere, & non potest seularis cogere, nec occupare bona. Tandem quia non obstant adducta pro prima sententia, nam ad legem regni iam responsum est. Nec doctrina Alberici obstat, ea enim non est certa: & esto esset certa, loquitur Albericus, quando fundus obligatus alicui censui per laicum deuenit ad Ecclesiam: tunc enim, quia res transit cum suo onere, & fundus habebat illud onus reale, & subiectum erat illud onus iudici laico, eo quòd impositum fuit per laicum, & in fundo laici, ideo (inquit) potest iudex laicus fundum illum pro eo censui occupare: quod quam diuersum est in nostro casu, quia non videtur, cum hic nulla sit obli-*

gatio realis, nec contracta per laicum, &c. Neque obstat id, quòd adducitur de Clerico negotiatore, falsum enim est posse cogi per laicum soluere gabellam: nec id dicit lex *ibi citata nouæ recop.* sed tantum dicit in hoc casu teneri soluere gabellas, sicut tenentur laici; non verò quòd ab eodem iudice debeant cogi: sic Lapus *Clement. presenti, de censibus, & ibi Immola num. 11.* dicunt, quòd si sit quæstio an sint Clerici res eæ, & an causa negotiandi deferatur, debet iudex Ecclesiasticus de hoc cognoscere, vt colligitur ex *ea Clement. in principio, ibi, locorum diacesani; & in fine, ibi; Postquam Episcopo constituit.* Et idem docet Cardin. *dicta Clement. presenti, quest. 6. & constat ex supra dictis.* Hanc secundam sententiam tenent Glossa *cap. non minus, de immuni. Eccles. vers. Tantum, & ibi Anchar. num. 8. Innoc. ibi num. 6. Panorm. ibi n. 20.* Syluest. *Immunitas, 1. quest. 5. dicto 4. Angel. verbo immunitas, num. 39. Ludou. Lopez, 1. part. instruct. noui, cap. 190. fol. 450. Bald. l. ad instructiones, C. de sacros. Eccles. n. 3. & ibi Paulus de Castro num. 2. Gigas de pensionibus, quest. 90. num. 3. Speculator 4. part. tit. de Clericis coniugatis, 5. 1. num. 3. Decisio Senatus Pedemontani 68. num. 20. Azebedo l. 11. tit. 3. lib. 1. r. copil. n. 7. Gregor. Lopez l. 51. tit. 6. part. 1. vers. Pechar. Pontalualus l. 52. eodem tit. Hostiens. *summa tit. de immuni. Eccles. 5. a quibus, num. 2. vers. merè etiam personalis.* Felin. *cap. Ecclesia de constit. num. 106.* Ripa dicens nullum contradicere in titulum de *muner. & honor. responsio 1. num. 8. Riminaldus consil. 2. num. 26. Cynus dicta l. ad instructiones, Capolla de seruis, rustic. prædior. tit. de seruitute ruz, quest. 25. Guido Papæ decif. 78. & ibi eius Glossator, Duënas regul. 100. limitat. 16. Carolus de Grassalis in *regali Francia, lib. 2. iure 6. vers. cogi, Calderinus tit. de censibus, consil. 2. num. 3. Gutierrez lib. 1. pract. quest. 3. a num. 6.* & facit pro hac parte, quia licet Clerici aliquando teneantur ad leges ciuiles; at ad earum obseruantiam compellendi non sunt per secularem, sed per Ecclesiasticum iudicem, vt bene Gutierrez *ibi num. 11. Couar. pract. quest. cap. 3. sine.* Sarmiento *lib. 7. select. cap. 13. per totum.***

Nota, quòd si Episcopus renuat, debet appellari ad superiorem Ecclesiasticum. Sic Gutierrez *ibi num. 7.* Syluest. Angel. Panorm. Ludouic. Lopez *proxime citati.*

33 Secundo nota, quòd vbi esset periculum magnum in mora, & iudex Ecclesiasticus requisitus recusaret, vel plus debito differret, possent auctoritate iudicis laici occupari bona Clericorum pro rata onerum, quia Rex ius habet ad protendum regnum etiam contra Ecclesiasticos, vbi iudex Ecclesiasticus id renuit, & est periculum in mora. Sic Mexia, & Guillelmus Benedictus citati pro prima sententia, & Auiles *num. 11.* & Balbus *ibi citati, num. 29. 30.* Decisio 68. Senatus Pedemontani à num. 23. Azebedo l. 11. tit. 3. lib. 1. r. copil. n. 7. quamuis Gutierrez *dicta quest. 3. num. 6. & 10.* etiam in hoc casu neger posse secularem cogere, sed appellandum esse.

34 Quartum, quod vertitur in dubium est, an quando concernit communem utilitatem Clericorum secundo modo, nempe remotissimè, quia scilicet concernit utilitatem, & necessitatem totius regni, esto, vt diximus, esse certissimum non teneri regulariter Clericos contribuere, at in aliquo casu speciali maxime necessitas teneantur.

Sit conclusio. Si Rex haberet vrgentissimas necessitates communes Clericis, & laicis, & bello- rum, &c. & bona laicorum non sat essent ad remedium necessarium adhibendum, tunc Clerici tenerentur contribuere ad huiusmodi necessitates. Probat ex *cap. non minus*, & *cap. aduersus*, de *immun. Ecclies.* vbi probatur in hoc eodem dubio, difficultate 2. num. 13. nam ibi generaliter fit sermo de necessitatibus communibus Clericis, & laicis, quando bona laicorum non sufficiunt; & probatur ex aliis rationibus ibi adductis, nam omnes illae hoc probant. Item probatur ex *l. inuenit nullam*, C. de *sacrof. Ecclies.* vbi sic dicitur, *Propter publicam utilitatem concessio cuiusvis prerogativa intum dignitatis, religionis, vel personae cessat. Et nullus, C. de cuius publico. lib. 1. 2.* vbi disponitur, quod nullus debet habere immunitatem tempore expeditionis, licet sit domus regia, aut sacrosancta Ecclesia: quae non corriguntur per ius canonicum, imò adiuuantur *cap. non minus*, & *cap. aduersus*. Item, quia ratio naturalis dicitur, vt in ea necessitate omnes Principi subueniant, propter bonum commune. Sic Panor. *cap. sicut et 3. de iure iur. sine*, & Anchar. *cap. non minus*, de *immun. Ecclies.* num. 8. vbi postquam dixerat Clericos teneri ad refectionem pontium, &c. subdit haec: Vnde possumus dare generalem doctrinam, quod vbi tractatur de generali utilitate laicorum, & Clericorum, tenentur Clerici. Quam doctrinam generalem approbat decisio Senat. Pedemontani 68. num. 10. referens Ripam lib. 2. *respon.* cap. 20. & Balbus in *consilio post illam decisionem ipse excusio. n. 6.* Idem tenet Ricard. *quodlib. 2. quest. 30. art. 4.* Guillelm. *cap. Raynucius, de restam. verb. & exorem nomine Adelaesiam, decis. num. 469.* Petre lib. 1. *ordin. tit. 2. l. fin.* Hippolytus de Martiis *practica crimin. §. Aggredior, num. 63.* Speculator *4. part. tit. de Clericis coniugatis, §. 1. num. 3.* facit Bald. *inuenit nullam, C. de sacrof. Ecclies.* in 1. & 2. *not. ab.* vbi notat per illum textum, quod ad necessitatibus imminutibus propter bellum, nullus potest se excusare ratione alicuius priuilegij, quia publica (inquit) utilitas est cuiuslibet priuilegio preferenda: & quia priuilegium immunitatis generaliter concessum non includit casum publicae utilitatis contrarium. Faciunt etiam ad hoc alij Doctores dicentes, quod generalis concessio immunitatis ab oneribus non extenditur ad casum superuenientis nouae necessitatis propter bellum: hi sunt Paulus de Castro *l. ad instructiones, C. de sacrof. Ecclies. sine.* Alexand. *l. si ex toto, ad finem, ff. de legat. 1. & ibi Dynus, Albericus, Salycerus, & Iason alios referens ad num. 7. & que ad 18.* & communis, vt restatur hoc non improbat Felinus *cap. non nulli, de rescriptis, num. 16. vers. ad evitandos, sine.*

36 Oportet tamen, vt intercedat licentia Papae, & index laicus non potest cogere, vt late dixi.

37 Ex his inferitur decisio casus, de quo consultus fuit Granatae; cum enim Rex peteret ad ciuitate Granatensem, vt contribuere certam summam pecuniae ad propugnandas classes Indicas aduersus haereticos illas partes infestantes, sicut & reliqua pars Regni contribuebat: ciuitas Granatensis concessit, ea tamen conditione, vt Rex facultatem concederet ciuitati arbitrandi circa media, quae assumi possent, vnde summa illa contribuenda deduceretur, & quod ab eiusmodi contributione nemo sine nobilis, siue clericus excusaretur, ad quod si opus esset, Pontificis facultas impetrare-

tur. Annuit Rex, & absque aliqua Pontificis licentia arbitrata fuit ciuitas, vt extra, & capta arietum, quae prius ipsius ciuitatis ordinatione, & iussu singula dimidio argenteo dabatur pauperibus, pretio arietis appenderetur: quod fuit factum, vt quod pauperibus prius erat dimidio argenteo, post tribus venderetur argenteis, atque hic excessus pretij ad praedictam contributionem applicaretur. Rursum fuit arbitrium ciuitatis, vt ex pretio singulorum arietum, qui venderentur in macello, quod vocant, *Rastro*, venditor, siue laicus, siue clericus solueret duos argenteos. Dubitatur an hoc sit licitum. Queritur Clerus, quod absque licentia Pontificia cogitur soluere, & contribuere ex arietibus, quos vendit, atque ex capitibus, & extis, quae emittuntur super imponendo laicis duos illos argenteos super quolibet ariete vendendo, necessario ij carius vendunt: vnde indirecte grauantur Ecclesiastici, quia carius emunt. Ciuitas allegat pro se, praedicto arietis pretio extra alibi vendi, esseque priuilegium, & fauorem Granatae ea vendi adeo vili pretio, videlicet dimidij argentei: atque ita ipsa ciuitas modo vult cedere suo iuri, & boni via regiminis statuere, vt fiat Granatae id ipsum, quod aliis in locis fieri consuevit.

Sed dico primo, manifeste iniustum esse imponere contributionem Clericis. Primo, quia licet utilitas sit communis totius regni, & sic Clericorum; at non constat facultates laicorum non sat esse ad praedictam contributionem, imò ipsi fatentur, quotannis superesse sibi plusquam Clerici contribuunt. Item esse non sat sint, ad contribuunt tam habentes temporalia bona, quam non habentes, & vt vidimus, tantum habentes temporalia bona tenentur contribuere, etiam iuxta sententiam affirmantem Clericos teneri contribuere. Item licet secundum aliquos non requiratur licentia Papae, multo magis communis; & mihi certa sententia est requiri, vt vidimus, at hic non est licentia Papae. Item esse non esset licentia Papae necessaria: at debet deliberare Episcopus, & Clerus, vt aperte habetur *cap. non minus*, & *cap. aduersus*, de *immun. Ecclies.* an talis, & tanta sit necessitas, vt teneantur ipsi contribuere: hic autem talis deliberatio non interfuit, nec proposita est causa ipsis, vt deliberarent, sed ab ipsis non auditis, sicut ad laicos exigitur. Item licet aliqui dicant contra communissimam sententiam, & ius canonicum expressum, posse cogere iudicem saeculare Clericos ad contribuendum, at id affirmant, quando index Ecclesiasticus requisitus renuit compellere; at hic index Ecclesiasticus non est requisitus, nec proposita causa coram eo. Item quia, vt supra diximus, quando dubium est de immunitate Clericorum, iudicis Ecclesiastici est de hoc cognoscere, & audita parte, vt spolientur iure, quod possident: at hic in dubio cognoscit index saecularis, & spoliat immunitate, quam iuste possidet Clericatus ipso non audito. Item quia *cap. si index, de sentent. excommuni.* in 6. habetur, quod quando dubium est, an is, quem index saecularis punire vult, est clericus, debet cognoscere Ecclesiasticus, vocato tamen ad id iudice saeculari, cum tamen ea sit causa Ecclesiastica; ergo manifeste iniustum est, quod cognoscit in hac causa saecularis, & non citato iudice Ecclesiastico; & sic visum est multis iussu Archiepiscopali ad hoc congregatis: id tenere nonnulli docti recentiores.

Dico

39 Dico secundo, quoad duos argenteos, qui à Clerico exiguntur pro ariete, quem vendit, manifeste est iniustum, vt probatur; quia imponitur auctoritate saeculari gabella Clericis: ita idem.

40 Tertio dico. Impositionem factam saecularibus vendentibus in macello, quod vocant *Rastro*, quod scilicet ex singulorum arietum pretio duos soluant argenteos, non esse illicitam, licet inde resultet, quod Ecclesiastici carius emant. Probat, quia non est iniustum tributum, eò quod indirecte grauentur Clerici, nam ex alcavala, & vectigalibus, id est, *pasajes*, quae mercatores ex mercibus solunt, quas ab vno loco in alium transfuehant, & vendunt, sequitur, quod Clericis carius stent merces illae, & non ob id sunt iniusta vectigalia illa. Insuper haec sententiam tenent aliqui Doctores, qui proponunt hunc casum, an possit imponi tributum super carnibus, vino, &c. indistincto sine exceptione Ecclesiasticorum: & obicitur videri non esse licitum, quia inde indirecte grauantur Clerici, cum hac carius emant; & postea hac obiectione, respondent, quod si faciunt animo iniuriandi Clericis, & extorquendi pecunias, quas alio modo extorquere nequeunt, est illicitum; si vero non hoc animo, quia licet non essent Clerici, adhuc imponerent, nec imponunt magis super his, quae saepius emuntur à Clericis, est licitum, nec possunt conqueri Clerici. Sic respondent Syluest. *Immunitas, 1. quest. 6. sine.* Ludou. Lopez *1. part. instruit. not. cap. 190. fol. 45 r. pag. 2.* Ricard. *quodlib. 2. q. 30. art. 6.* Allenis *lib. 6. summa. tit. 30.* Angel. *verbo Immunitas, num. 42.* at in hoc casu constat non malo animo iniuriandi Clero imponi, quia licet non essent Clerici, imponissent, & non magis imponerentur in iis, quae saepius emuntur à Clericis: & sic tenuerunt docti recentiores Magistri.

41 Nota, quod Ricard. ibi ait quod si malo animo imposuerunt, scilicet animo iniuriandi Clericis, tenentur restituere; at ceteri Doctores tantum dicunt peccare imponendo, & nihil dicunt de restitutione: & ita credo deceptum esse Ricardum, sicut in exemplo, quod adhibet, deceptus est, nam quoties res ipsa à parte rei non est contra iustitiam, malus animus non facit, vt sit contra iustitiam, nec causat restituendi vinculum, sed efficiet, vt peccatum fit contra charitatem, & sic sufficiet de malo animo peenitere, vt patet in iudice malo animo vindicta puniente malefactorem, vt optime docent Nauarra *lib. 2. de restitu. cap. 1. num. 72. fol. 43. & num. 78. 79. fol. 45. & lib. 3. cap. 5. num. 9. fol. 395.* vbi haec verba dicit: Si seculi mala intentione nulla est restituendi obligatio, perperam dicitur quod ob malum animum talis obligatio confurgit, cum non intentio nocendi, quae manet in mente nocentis, sed opus externum nocium restituendi vinculum generet. Idem Couar. *regul. peccatum 2. part. §. 7. num. 8. conclus. 2. & 5.* Ledesm. *2. 4. quest. 18. art. 2. fol. 215. pag. 1. dub. 9.* & late Nauarra *in omnibus summa, cap. 17. num. 70.* Aragon *2. 2. quest. 62. art. 2. conclus. 5. fol. 210.* Soto *lib. 4. de iust. quest. 6. art. 3. vers. illa tamen.* Adrian. *4. materia de restitu. quest. Consequenter quaro, an restituatur obnoxiosus fol. 2. part. quest. de Clericis restitutioni obnoxiosus fol. 208.* Salon *2. 2. quest. 62. art. 2. controuers. 25. fol. 721.* Si ergo impositio hac tribui, cessante malo animo, esset iusta, malus animus non efficiet, vt iniusta sit, sed contra charitatem: vnde nec

contrahetur excommunicatio, quia excommunicatio est contra grauantem Ecclesiasticos tributis iniustis: at hoc tributum non imponitur Ecclesiasticis, sed laicis. Sic etiam docti neoerici: & confirmatur ex dicendis infra, vbi multum cum Barr. approbant tributum in fraudem Cleri.

Quarto dico, quod attinet ad impositionem 42 super extis, esse manifeste iniustum, quia licet non esset iniustum sancire non via tributi, & vectigalis, sed boni regiminis, quod extra venderetur pretio arietis, & quod hoc pretium fit domino, sicut & in aliis locis fieri sollet: at hoc sola auctoritate saeculari imponere, vt tributum, & vectigal Regi soluendum etiam ab Ecclesiasticis, est iniustitia manifesta, hoc enim est iam tributum, nam si tale non esset, totum illud pretium domino rei esset soluendum. Et patet à simili, quando libra arietis constituitur vendi viginti maraetinis, possit quidem recte constitui, vt viginti vno venderetur tam Clericis, quam saecularibus; at si ille vnus maraetinus adderetur supra viginti per modum assij, id est, *ssja*, ad aliquam communem utilitatem, iam erit tributum, quod proinde iniuste exigetur à Clericis non concurrentibus conditionibus requisitis: atque ita sententur valde docti recentiores.

D V B I V M L V I.

An Episcopi peccent mortaliter non denunci- ciantes excommunicatos laicos iniuste exigentes gabellas à Clericis.

Sit prima conclusio. Episcopi vltro consen- 1 scientes talibus impositionibus absque Romano Pontificis expressa licentia, non tantum peccant mortaliter, sed etiam excommunicationem, & depositionem incurunt. Sic habetur expressè in Concilio nouissimo Lateranensi *sess. 9. sub Leone X. sub finem, §. & cum à iure*, cuius verba reuli dub. *praced.* & antiquitas *cap. clericis, de immunit. Ecclies.* in 6. excommunicabantur non tantum laici exigentes, sed Clerici acquirescentes, & soluentes: quod restrictum erat per *Extrauag. 1. de immun. Ecclies.* & postea omnino sublatum quoad soluentes, *Clement. vnica, eodem tit.* at dictum Concilium Lateranense innotat omnes Apostolicas sanctiones in fauorem immunitatis Ecclesiasticae, & excommunicat Praelatos vltro consentientes.

Secunda conclusio. Peccant etiam mortaliter 2 Episcopi non denunciantes excommunicatos, ciuitates interdictas petentes à Clericis tributa, postquam ipsis constitit, quia id iubetur verbis praecipuis, *Clement. praesenti, de censibus, & Extrauag. 1. de immun. Ecclies.* maxime commendatur Episcopis, ne id consentiant. Sic Glossa *ea Clement. praesenti, in iuris.* Nauarra *summa cap. 17. Hisp. num. 201. Lat. num. 202.*

Nota quod illud, si Episcopis constitit, debet 3 esse parte vocata, & audita. Sic Glossa *ibi vers. Constitit.* Stephanus, & Guillelmus *ibi, & Immo- la ibi num. 14.* Cardin. *ibi quest. 9.* Nauarra *ibi*; quod verum est licet factum sit notorium, adhuc enim debet pars citari. Sic Stephanus, & Guillelmus *Immo- la ibi num. 15. 16.* Cardin. *quest. 9.* Hoc tamen limitat Immo-la *num. 16.* quando nominatim vult procedere Episcopis, nominando personas: secus si generaliter; quia tunc non requiritur citatio.

Secundo

Secundò nota non excusari Episcopos, eo quòd ipsi non conseruet, quia facile conseruare potest. Nauar. *ibi*.

Tertiò nota posse Prælatum de hoc inquirere, etiam non conseruante eo, qui soluit; quia hoc beneficium respicit fauorem totius Cleri, & non huius personæ tantum, & spectat ad ius publicum, cap. *si diligenti, de foro competenti*. Item respicit periculum animarum, quod versatur in prædicto casu, vt dicitur dicta *Clement. presentis*. Sic Glossa *ibi vers. Conseruaret*. Cardin. *ibi quæst. 10. Guillel. & Imola ibi num. 16.*

DV BIVM LVII.

An Ecclesia, & Clerici teneantur ad soluendum tributum annexum rei, quæ peruenit ad Ecclesiam.

Ita conclusio. Si res illa sic erat affecta, antequam veniret ad Ecclesiam, tenetur Ecclesia ad illud: at verò postquam res est facta Ecclesie, non potest aliquo onere grauati; quare si ad Ecclesiam res tributaria, aut onerata aliquo onere merè reali deuenerit, siue per viam emphyteusis, siue aliâ, tenebitur Ecclesia ad illud tributum rei annexum, cap. *si tributum, l. 1. quæst. 1. cap. tributum, l. 2. quæst. 8. cap. 1. in fine, de consensu, auth. item prædium, C. de sacros. Eccles. l. finali, C. de exactoribus, lib. 10. l. 1. tit. 2. lib. 1. recopil. l. 5. §. 5. tit. 6. part. 1. Et ratio est, quia licet per mutationem personæ mutetur qualitas rei propter personam inhærens, licet ius, §. finali, ff. de public. & vectigal. & notat Suarez quæst. maioratus, num. 23, at non mutatur qualitas rei inhærens ratione ipsius, vt latè probat ex multis Perez lib. 1. ordin. tit. 3. l. 1. fol. 120. §. Præterea mutatione. Item quia res transeunt cum suo onere. Sic tenent Aluarus Valæscus *de iure emphyteusis 1. part. quæst. 17. num. 7. Angel. conf. 106. Tiraque de primog. quæst. 43. num. 9. Glossa cap. non minus, de immunit. Eccles. vers. sub tributo, & ibi Panorm. num. 15. Anchar. ibi num. 5. Egidius Tomatus de collectis cap. quod incipit, Exaltio, n. 3. fol. 64. Orolora de nobilit. 2. part. cap. 1. num. 9. 10. Glossa l. omnes, C. sine censu, & ibi Bald. n. 6. Gregor. Lopez l. 5. tit. 6. part. 1. vers. Porrazon; & l. 5. Clerigos, lason l. placet, in 2. lectura, C. de sacros. Eccles. num. 2. Duënas multos referens reg. 100. limitat. 3. Azcbedo l. 1. tit. 3. lib. 1. recopil. num. 8. Syluest. Inmunitas, l. 1. quæst. 5. dicto 3. Angel. num. 3. 6. Tabien. excommunicatio, l. 5. casu 18. num. 3. Gutierrez lib. 1. præf. quæst. 3. num. 15. Quelada diuersis quæst. iuris ciuile, cap. 4. num. 10. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin. paulo post principium, §. unde spaser tributarius, & l. 1. tit. 2. vers. Si tamen onus, Bart. Platea, Bertrandus, Alciatus, quos refert Aluarus Valæscus supra.**

An verò possit iudex secularis capere bona Clerici pro tali tributo, habes lib. 3. cap. 1. de indice dub. 30.

Nota tamen hoc esse intelligendum, quando talia, vel res tales sunt affectæ onere tributorum ratione ipsius rei, vt quando affecta sunt ex conuentione partium; secus quando tali onere afficiuntur ratione personæ, vt si tantum sunt affecta, vel obnoxia tributis ex generali legis obligatione, & hypotheca, quæ sunt Regi tacitè obligata pro tributis omnia prædia priuatorum, l. 1. §. 2. C. in quibus causis pignus tacite contrah. quia tunc si

alia bona perueniant ad Clericum, non transeunt cum onere, v.g. quis non est nobilis, Hisp. *Hypodalgo*; sed potius ignobilis, vulgò *Pebrero*, soluit Regi pro fundo, quem habet, certam seruitij summam, id est, *Peche*, ob generale tantum obligationem ignobilitatis, si fundus perueniat ad Ecclesiam, non tenetur Ecclesia ad hoc tributum; quia hoc inhæret rei ratione personæ, & sic mutatione personæ mutatur. Sic Gutier. Orolora, Syluest. Angel. Tabiena *ibidem*. Perez dicto *vers. unde si pater tributarius, Azcbedo dicto num. 8. & per hoc dicit Azcbedo, & Perez esse intelligendam l. 14. lib. 6. recopil. vbi disponitur, quòd si exemptus emat rem, ex qua venditor soluebat tributum, exemptus non teneatur; quia intelligitur quando soluebat ratione personæ, quia scilicet erat tributarius, & ignobilis, id est, *pebrero*. Hinc etiam veniunt intelligenda l. 5. §. 5. tit. 6. part. 1. vbi habetur, quòd si aliquis ignobilis aliquam seruitij summam, id est, *peche*, soluerit pro quodam fundo, & vendat Ecclesie, tenetur Ecclesia soluere; hoc enim intelligitur, vt dicit Gregor. Lopez ea l. 5. vers. scilicet tenendo, & l. 5. vers. clericos, remittens se ad dicta per ipsum l. 5. 1. vers. per razon, quando erat onus annexum ratione rei.*

Hinc fit, quòd si Ecclesia, vel Clericus succedat in feudo, vel re feudali, tenetur agnoscece onus, quod recognoscerebatur vasallus, quia hoc onus non principaliter imponitur personæ, sed rebus ipsis. Sic Innoc. cap. verum, de foro compet. Host. summa tit. de immunit. Eccles. §. a quibus sine, lason dicta l. placet, num. 20. Aluarus Valæscus dicto num. 7. Quelada dicto cap. 4. num. 12. Lucas de Penna l. fin. C. de exact. tribu. lib. 10.

Hinc fit, quòd aliqui Doctores assignant cautelam hanc, vt solueret tenetur Ecclesia ex omnibus prædiis tributum, nempe quòd ciuitas statuat, vt omnia prædia sint tributaria, & sic transibunt ad Ecclesiam cum suo onere. Sic Bart. laudans Perusinos, & Eugabienes, qui cum viderent suorum agrorum prædia ab Ecclesiis plus nimio occupari, statuerunt, vt omnia prædia essent tributaria, vt sic ad Ecclesiam cum suo onere transirent. Sic (inquam) Bart. l. placet, num. 4. C. de sacros. Eccles. & l. rescripto, §. finali, ff. de numer. & honor. Barbarus conf. l. lib. 3. Orolora de nobilit. 2. part. cap. 1. num. 10. Anchar. cap. non minus, de immunit. Eccles. n. 6. & multi alij approbant, quos refert Duënas regula 100. limitat. 9. & approbat Azcbedo l. 1. tit. 3. lib. 1. recopil. num. 10. quando cessante dolo fieret.

Ceterum hanc cautelam Bartoli communiter improbant Doctores; quia statuta in fraudem Ecclesiarum, vel Clericorum edita nullam vim habent, vt communis docet opinio cap. Ecclesia, de consensu, licet hæc ratio non multum me moueat, propter dicta supra dub. 55. sine. Sed potissima ratio est, quia tributa, seu onera ab alio, quam à Principe imposita sunt extraordinaria munera, quæ Clericos non sequuntur, cap. placet, C. de sacros. Eccles. Sic tenet lason, dicens esse omnium, dicta l. placet, num. 2. Bald. ibi num. 4. & l. omnes, C. sine censu, num. 8. Quelada quæst. iuris, cap. 4. num. 11. Ludou. Roma. l. si publicanus, §. finali, num. 7. ff. de public. Aluarus Valæscus, dicens reprobum esse Bartoli consilium, & à Doctores vt triusque iuris damnatum, de iure emphyteus. quæst. 17. Imola cap. fin. de vit. a. & honest. clerici, num. 16. & ibi Panorm. num. 15.

DV BIVM LVIII.

An milites sancti Iacobi, sancti Ioannis, Calatrane, & Alcantara, quos vulgò Commendatores appellamus, sint immunes à solutione gabellarum.

De clericis horum ordinum, qui in comuni viuunt, quos dicimus Hispan. *frates*, non est dubium, quin sint immunes, cum sint vere religiosi, vident enim tria vota substantialia, vt dixi lib. 4. summa, cap. 16. numer. 12.

At de militibus horum ordinum est dubium, quòd videtur pendere ex illa questione, an sint religiosi, si enim sunt religiosi, constat ex supra dictis, esse immunes à gabellis; si vero religiosi non sunt, non est cur sint immunes, nisi habeant speciale privilegium.

Sed quidquid sit de hac questione, de qua dixi lib. 4. summa, cap. 16. citato, numer. 11. Tamen quoad solutionem gabellarum dicendum est, in istis militibus Commendatoribus seruandam legem Regni, quæ est lex 9. titul. 18. lib. 9. noua recopilat. vbi sic præcipitur: Los Commendadores de san Xago, Calatrana, Alcantara, y san Juan paguen las alcualas de todas las cosas que vendieren, o trocaren, fuera de los frutos, y rentas de sus encomiendas, que ellos vendieren, o trocaren, pero de las rentas de sus encomiendas, si y a donde uisier costumbre, que paguen de todo, se guarda. Probatur, quia licet isti milites sint religiosi, vt loco citato dixi, at non iure sita fructu, & in rigore religiosi, vt sunt Canonicus sint immunes à gabellis; ergo tenentur stare iure regio.

DV BIVM LIX.

An locati gabellis alicui publicano, si is, quò locauit, vendat, vel commutet, debeat gabellam.

duplex est sententia.

Prima dicit non debere. Ratio, quia hic non locauit, nisi ius quod habebat, sed non habebat ius exigendi gabellam à semetipso; ergo. Ita Bartol. l. licitatio, §. si quis ff. de public. & vectigal. Baldus Lemptor. C. de hereditat. Boërius de decisioe 213. numer. 1. & 2. & refert alios plures Doctores: & potest amplius probari, quia in generali sermone, loquentis persona non comprehenditur, & dum aliquis locat ius exigendi vectigalia, non videtur locare ius exigendi à se.

Secunda sententia docet quemcumque locatorem vectigalium debere vectigal, à semetipso Rege, nisi aliud in locatione deductum sit in pactum. Probatur, quia tanquam quid speciale definitur in Rege, quòd non debeat gabellam, dicto §. si quis, & l. 3. tit. 18. lib. 9. noua recopilat. ergo secus est in aliis Magnatibus, qui locant hoc ius. Item quia contra eum, qui legem potuit dicere, apertius est faciendum interpretatio, cap. contra eum, de regulis iuris in 6.

LI

num. 13. Bartol. sibi contrarius conf. 18. incipienti, si aliqua possessio. Archidiaconus Ioannes Andreas, & Dominicus cap. final. de immunit. Ecclesiar. in 6. Felinus cap. Ecclesia, de consensu, num. 76. Perez lib. 1. ornamentum, titul. 3. l. 1. folio 56. §. hoc tamem intelligo. Syluanus consilio 9. num. 29. & multi alij, quos refert Duënas regula 100. limitatione 9.

Nota tamen quòd si talia onera realia fuerint generaliter indicta à Rege, vel alio habente potestatem, & sine fraude, & odio Ecclesiarum, ne obuentiones, & iura regalia deficerent; valerent. Sic Perez, & Aluarus, Valæscus *ibidem*. Decius cap. Ecclesia, de consensu, num. 52. ad finem. Gregor. Lopez l. 5. tit. 6. part. 1. vers. Porrazon.

Secundò nota, quòd tempore, quo res aliqua peruenit ad Ecclesiam, potest donans, aut vendens Ecclesie apponere pactum expresse, vt perueniat cum tali onere, & transibit cum onere suo; quia quilibet potest apponere rei sua pactum. Sic lason dicta l. placet, num. 22. & ibi Alciatus verbo extraordinarium. Baldus l. neminem, C. de sacros. Eccles. num. 2. Gregor. Lopez dicto vers. Porrazon; licet Aluarus Valæscus dicto num. 7. non simpliciter hoc approbet, sed nisi fiat in fraudem Ecclesie; at credo quòd quocumque modo fiet, tenetur, iuxta dicta supra dub. 55. sine.

Tertiò nota, quòd dum Rex donat aliquid, potest apponere pactum, ne detur Ecclesie, licet generaliter statueret, ne quis prædia sua vendat Ecclesie, esset iniquum, & contra ipsius libertatem. Sic Gregor. Lopez l. 55. tit. 6. part. 1. vers. Rex.

Hinc infertur intellectus ad l. 2. tit. 6. part. 1. vbi sic disponitur; los Obispos, y Perlados, que tuuieren tierra del Rey, o heredamientos alguno, porque le deuen hacer seruicio, deuen deir en buesca con el Rey, o quien embiare en su lugar contra los enuenidos de la Fe y sin puidieren, deuen embiar sus canalleros, y sus ayudas segun la tierra, que tuuieren. Hæc enim lex est eo saluari potest, & vim habet, quòd hoc onus annexum est à Principe illis oppidis, antequam ea daret Ecclesie. Quare Episcopi non habentes aliquas terras Regis, non tenentur ad hanc contributionem. Quòd si Rex alleget consuetudinem, vt omnes Episcopi contribuunt; responderetur, quòd consuetudo, vt vnus Episcopus contribuat, non potest nocere successoribus; quia pensio tantum est respectu illius, & sic etiam præscriptio; tantum enim præscribitur, quantum possidet, l. quod meo, §. finali, ff. de acquirend. possess. Baldus de præscript. 2. part. quæst. 2. num. 11. Panormit. cap. auditus, de præscript. num. 9. Et consuetudo, nec præscriptio, non extenditur de persona in personam, sicut nec de re ad rem. Balbus ibi, cum Aretino consil. 32. sic quidam Iurisperitus valde doctus.

Vnde fit, quòd si Rex petat tanquam debitum hoc onus ab Episcopis non habentibus terras regias, non possunt etiam vltro consentire; quia Concil. Later. nouissimum sub Leone X. sess. 9. §. cum rem iure, cuius verba rehibet supra dub. 55. §. secunda sententia, ad medium prohibet sub excommunicatione Episcopis, ne vltro consentiant onera.

Th. Sanchez Confil. moral. Tom. I.

ac proinde in emptione, & locatione ambiguum pactum nocet venditori, l. locatori, l. in contrahenda emptione, ff. de regulis iuris, & l. veteribus, ff. de pactis. Nec obstat prima ratio opposita sententiae, quia cum talis locator habeat ius ad percipiendum gabellam ab omni vendente, ex natura rei habet ius ad percipiendum a se dum vendit, si persona separari possent vendentis, & locatoris, ac per accidens, quia est eadem persona non debet: unde quando diuiduntur, & separantur personae, debet. Hanc tenet Parladot. lib. 1. de rebus quotidianis, cap. 3. §. 1. num. 20, 21. Bartol. parum sibi constans, l. 1. C. de nautic. lib. 11. Bertachinus tract. de gabellis, 7. part. quest. 8.

3 Sit conclusio. Vtraque sententia est probabilis, & potest tunc amplecti: at haec posterior videtur probabilior.

DVBIVM LX.

An Princeps possit aliquos eximere à tributis, ut eximit nobiles ab assiso, & à collectis, id est, Pecho, & possit tales nobilitates, id est, hidalguias, vendere.

1 Sit prima conclusio. Iuste eximuntur nobiles à tributis, nec in hoc est aliqua personarum acceptio. Ratio, quia id est rationi consonum, tum propter praecleara maiorum suorum gesta, tum quia reipublicae tuendae destinati sunt. Sic Sotus lib. 3. de iustit. quest. 6. art. 7. conclus. 4. & docti recentiores.

2 Nota, quod hoc privilegium immunitatis concessum à Principe proprio motu valet; at concessum ad preces non valet, nisi ponatur in privilegio clausula, Non obstante, l. finali, C. contra ius, vel public. utilit. Ratio, quia cum sit contra publicam utilitatem, oportet de ea fieri mentionem, ut notat Bartol. dicta l. finali, & l. vacuatis, C. de decurion. Panormitanus cap. peruenit, de immunitate Ecclesiarum. Syluester gabella, 4. quest. 9. & verbo privilegium, quest. 9. & Rosella ibi num. 9. Gabr. 4. distinct. 15. quest. 5. art. 3. dub. 2.

3 Secunda conclusio. Rex potest ex iusta causa creare nobiles, etiam si summa, quam isti debebant solvere, non extrahatur ab aliis, quia hoc pertinet ad dignitatem regiam, quae non debet derogari propter modicam laesionem communitatis. Sic Syluester gabella 4. quest. 9. & expressius verbo privilegium, quest. 9. Tabiena ibi num. 9. Armilla num. 8. Rosella num. 9. Panormitanus cap. peruenit, de immunitate Ecclesiarum. Gabriel ibi supra, & sic respondit Rex in comitiis Cordubae anno 1570. petitione 16. & tenent docti recentiores.

4 Tertia conclusio. Potest etiam Rex virginti regni necessitate has nobilitates vendere. Ita Sotus ibi supra, Palacios verbo veltigal, sine, & docti Magistrum recentiores.

5 Sed nota aliquos limitare hanc conclusionem, modo non fiat in aliorum iniuriam, ita ut non onerentur reliqui tributo, quo alius leuatur, sed detrahatur tributum, quod ille debebat solvere, à summa, quam oppidum sol-

uit, unde quando populus remanet obligatus ad soluendum eandem summam tributum, censetur esse iniustum. Sic Soro, Palacios, & alij.

Sic quarta conclusio. Si Rex habeat iustam causam exigendi à subditis ultra consuetum tributum, possit etiam iuste vendere tales nobilitates, licet populus remaneret obligatus ad soluendum eandem summam, quam antea soluebat. Sic Corduba summa, quest. 116. & docti recentiores, & videntur tenere Syluester, Armilla, Tabiena, Rosella, Gabriel ibi supra.

Quinta conclusio. Alij verò inferiores domini non possunt concedere hanc nobilitatem, & exemptionem subditis suis, nec pretio, nec gratis, nisi tributum illud, quod remittunt, excipiatur à summa, quam totus populus debet solvere, aliàs esset in prauidicium communitatis. Sic Cordub. Armilla, Tabiena, Rosella, Syluester, Gabriel, Panormitanus ibi supra, & alij.

Ultima conclusio. Possent praefati inferiores domini, & communitates concedere hanc immunitatem non subditis suis, ve veniant ad habitandum in eorum terris, ut sit quotidie cum Medicis, & Doctoribus. Ratio, quia propter hoc in nullo grauatur reliqua communitas. Sic iidem, Syluester, Rosell. Gabr. Panormit. ibi supra, & alij.

DVBIVM LXI.

Quantum duret privilegium exemptionis à gabellis per Principem concessum.

1 Prima conclusio. Concessio immunitatis à gabellis simpliciter facta durat ad vitam Regis, & non ultra, patet ex l. 10. tit. 18. part. 3. & l. 34. & docet Gregorius Lopez dicta l. 10. versic. de auel. Et facit l. vxor parui, C. de legat. Ratio est, quia in dubio non censetur Rex velle damnum inferre successoribus.

Secunda conclusio. Si concessio immunitatis à gabellis fiat alicui in perpetuum, durabit ultra vitam Regis, ad vitam tamen illius, cui concessio facta fuit. Ratio, quia de descendibus mentio facta non fuit, & perpetuum dicitur quod durat per vitam hominis, l. 1. ff. pro socio. glossa Clementin. literas, verbo, per electionem, de rescriptis. Bald. l. final. ff. de constitut. Princip. Item quia privilegium fuit personale; & sic extingui debet cum persona, l. sordidum, C. de excusat. numer. lib. 10. Sic Gregorius Lopez ibi.

Tertia conclusio. Si fiat talis concessio alicui, & eius filiis, & nepotibus, & non dicatur, in perpetuum, tunc non durabit concessio ultra vitam Regis concedentis, & intelligitur concessio factam filiis, & nepotibus, vivente tamen Rege. Patet ex dictis in prima conclusione, & ex textibus ibi allegatis, & docet Gregor. Lopez ibi supra.

Quarta conclusio. Quando concessio immunitatis sit ita lata, ut concedatur alicui, & eius descendentes in perpetuum, concessio est omnino

nino perpetua. Patet ex expresso ipsius tenore. Gregor Lopez ibi.

5 At dubium est, an talis concessio sit seruanda à successore in regno; quod enim seruanda sit, videtur innuere dicta l. 10. At in contrarium facit dicta l. 34. & l. 4. tit. 25. part. 2. vbi habetur, quod quinta pars, quae de prada hostium debetur Regibus, est de regalibus, & quod nequit Rex illam alicui concedere in perpetuum, sed ad vitam concedentis. Item quia Rex non potest per contractum, nec alio modo in prauidicium successorum concedere regalia, & eorum iura minuire, ut docet Bald. de pace constantia, vers. amplius consueverunt, & Gregor. Lopez l. 28. tit. 11. part. 3.

6 Sit quinta conclusio. Si Rex concedit ex sola voluntate, non praecedente causa seruitorum, vel alia, non durat concessio ultra vitam Regis concedentis, ut patet ex allegatis. Vel praecesserunt seruicia regiae coronae facta, vel talis causa, quae ad remunerationem exigat talem concessionem perpetuam: & tunc tenentur talis concessio in perpetuum; & si causa seruitorum, vel alia, non fuit digna tanta remuneratione, moderanda erit concessio iuxta qualitatem seruicij, cap. relatum, de testament. l. 15. tit. 10. lib. 5. noua recopilat. l. penultim. tit. 15. circa finem, versic. laun en tonce, part. 2. Sic Gregorius Lopez dicta l. 10.

DVBIVM LXII.

An qui in rei veritate non est nobilis, sed reputatur ab alijs ut nobilis, & ideo non existitur ab illo tributum, quod collecta, id est, Pecho, dicitur, sit tutus in conscientia.

1 Prima conclusio. Si iste bona fide, & absque ulla deceptione ex parte sua reputatur nobilis, vel propter habitum, vel propter aliam causam, si non petatur ab eo collecta, & pars, quam debebat solvere, non superadditur aliis ciuibus, non tenetur solvere, & est tutus in conscientia. Haec probatur conclusione sequenti, & eam tenuerunt nonnulli docti Magistri.

2 Secunda conclusio. Quando verò pars, quam ille debebat solvere, superadditur aliis ciuibus, habet maiorem difficultatem, quia videtur concurrere ad grauenam populatum: sed adhuc tunc non tenetur solvere, si non petatur ab eo. Probatur primo, quia hoc tributum non debetur, nisi petatur, ut supra dixi. Item quia, loquendo moraliter, ille non concurret ad grauenam populatum, cum bona fide se gesserit, & non teneatur cum magno dedecore ignobilitatem detegere. Sic docti recentiores.

3 Tertia conclusio. Qui tenera est ignobilis, & ut talis habetur, sed quia est diues, & prapotentis, & alij eo indigent, non exigunt ab eo tributum, id est, Pecho, non tenetur illud solvere, quia, ut dixi, non debetur, nisi petatur; sed si volentibus exigere ab eo, minas faceret, & ideo alij non auderent ab eo exigere, quia tunc non esset tutus non soluendo; iidem docti recentiores.

Quarta conclusio. Si verò ipse deciperet alios, dicendo se nobilem, & forte, quia diues est, & prapotentis, alij populares non audent ab eo exigere collectam, & in popularium numero adscribere, non est tutus in conscientia, non soluendo, quia est causa deceptionis. Sic docti Magistri.

Quinta conclusio. Similiter dicendum est de iis, qui cum in rei veritate non sint nobiles, probauerunt tamen in iudicio suam nobilitatem per sufficientes testes, si per fraudem id probauerunt, inducendo testes ad falsum testificandum, tenentur solvere in conscientia etiam eam partem, quam huc vsque non soluerunt, quia iniuste se exemerunt; si verò nullam fraudem imposuerunt, sed mouerunt testes, ut dicerent veritatem, non tenentur solvere tributum; quia non tenentur se prodere cum sua infamia, cum ipsi bona fide se gesserint. Ita tenentur viri docti ex neoterici; addentes hanc conclusionem tenere verum, quando aliquis habitus est ut nobilis, & postea exigitur ab eo collecta, tunc licet certo norit se esse ignobilem, non tenetur se prodere cum tanta infamia sua, sed potest se opponere, ut iudices rem definiant, & tunc si testes non decipiant, imò moeneat, ut veritatem detegant, & sententia in suum fauorem lata fuerit, quod est nobilis, tutus manet in conscientia, & hoc est quod sentiunt authores huius quinque conclusionis, & videtur satis æquum, & pium, & oppositum videtur rigidissimum.

Sexta conclusio. Quando verò per fraudem probatur quis suam nobilitatem, inducendo testes, ut falso testificentur, & ideo lata est sententia pro illo, tenetur restituere collectas, quae in futurum debebit, & quas tempore praeterito defraudauit. Sic viri docti, & patet ex dictis.

At difficultas est, quomodo facienda sit talis restitutio, est enim difficile, & moraliter impossibile illum, qui pro sua nobilitate sententiam habet, velle suam ignobilitatem prodere, & suum falsum iuramentum, & induxisse testes ad falsum testificandum; & sic tam ipse, quam testes grauissimas poenas à iudice paterentur, & essent perpetuo infames: & iuxta communem sententiam non tenetur quis bona fortuna cum tanto honoris, & famae dispendio restituere.

Septima conclusio. Talis restitutio facienda est illis populis, qui soluerunt illud plus, quod ipse tenebatur solvere, quia hi fuerunt damnificati. Et quod attinet ad praeteritum, facile damnum refarciri potest expendendo aliquam summam in beneficium illius populi: sed quod attinet ad futurum, quia scilicet tam ipse, quam sui descendentes non soluent collectas, est difficile restituere: sed potest fieri restituendo populo, aut ad aliquod opus publicum, aut pium illius eam quantitatem, quam ille, & sui descendentes solaturi erant, constituendo sub censu praedictam quantitatem, ut ex illius redditibus vel construat hospitali, vel feminae pauperes maritentur, aut aliis communibus populis necessitatibus subueniantur, aut aliud fiat huiusmodi. Eset etiam sufficiens remedium quantum

ad futurum, si procuraret, quod Rex facta relatione, non detecta persona, vel gratis, vel pretio veller, ut deinceps esset nobilis, siquidem initio potuit illi hanc nobilitatem vendere. Ita viri docti.

9 Tandem nota quod licet cuidam visum sit, etiam quod hic ignobilis satisfaceret exhibendo Regi secretò per modum restitutionis, ad quam teneretur eam pecunie summam, quam emi solet nobilitas, maneret tutus in conscien-

tia, etiam non detecto casu in speciali. Sed certè cum damnum non sit factum Regi, sed populo, & illi debeatur restitutio, nisi aperiendo casum Regi saltem in generali, ut dictum est, non videtur manere tutus: præterquam quod cum minori quantitate, quam solet emi nobilitas, possent emi annui redditus perpetui, quibus damnum relaxiretur aliquo ex supra dictis modis, qua quantitate sub censu posita satisfaceret pro se, & suis descendentibus.



LIBER



LIBER TERTIVS

Opusculorum moralium, seu Consiliorum, circa ius, & iustitiam iudicatiuam, atque ordinem iudicarium.

CAPVT VNICVM.

De iudice, aliisque iustitiæ ministris.

SUMMARIVM.

- DVB. I. An iudices omnes tam senatores, id est, Auditores, & alij iudices, & iustitiæ ministri, vt scribae, Relatores, Receptores, Fiscales, Secretarij, Apparitores, Hisp. Alguaziles, possint absque peccato, & obligatione restituendi munera recipere.
2. An iudices Ecclesiastici possint dona gratis sibi oblata recipere, vel potius teneantur ea restituere.
3. An liceat munera offerre iudici, vel iustitiæ ministris ad redimendam vexationem.
4. An possit Princeps contra partem inauditam procedere, & si procedat, an eius sententia valeat.
5. An domini iurisdictionem habentes, vt Duces, Marchiones, Comites, possint in suis terris remittere penas, tam pecuniarias, quam corporales, quibus damnati sunt delinquentes, eo casu quo Rex potest remittere in suo regno, scilicet quando non inde sequitur alterius præiudicium.
6. An domini vasallorum, vt Duces, Marchiones, &c. possint iudices appellationum in suis oppidis instituire, ad quos fas sit appellari à iudicibus inferioribus, & an à iudicibus appellationum ad ipsos dominos sit appellatio.
7. An reus condemnatus, & iam suspensus possit antequam sepeliatur, tradi Medicis ad anatomicam faciendam, & an iudex possit animal cuiusvis capere ad peritandam malefactorum pro exequenda iustitia.
8. An iudices temporales possint reus imponere penas sibi applicandas.
9. Dubitantur aliqua circa leges huius regni, quibus pena applicatur iudicibus, vel pjs operibus.
10. An possit Princeps appellationem tollere.
11. Virum quando sit executio pro aliquo debito in bonis debitoris, & illa vetera non saluti debitorum in eadem naturali, quia creditor expectat, teneatur ipse debitor soluere decimam Apparitori.
12. An quando non est plena, & integra probatio alicuius delicti, quia scilicet non sunt testes oculati, sed tantum præsumptiones, & indicia cogentia, possit iudex minori aliqua pena, quam ea, qua ordinariè per legem statuta est, plerè delinquentem, vel debeat pena ordinaria puniri.

13. An confessus in iudicio se homicidium commississe, et cum aliqua causa excusante, vt.g. in propriam defensionem, possit pena ordinaria homicidae plerè.
14. An quando pena imponenda pro delicto est arbitraria, possit iudex imponere penam iurisi.
15. An casu quo non admittitur appellatio de iure sita, tamen reus appellet, & iudex admittat appellacionem, vel ex ignoratia iuris, vel ex propria voluntate, possit iudex non obstante quod appellacionem admiserit, eam sententiam executioni mandare.

DVBIVM I.

An iudices omnes, tam senatores, id est, Auditores, & alij iudices, & iustitiæ ministri, vt scribae, Relatores, Receptores, Fiscales, Secretarij, Apparitores, Hisp. Alguaziles, possint absque peccato, & obligatione restituendi munera recipere.



PRIMO loco, vt constat, qui & quo verberum tenore prohibentur munera recipere, oportet referre leges id prohibentes.

Primo circa senatores, id est, auditores, &c. reliquos iudices, atque officiales prætorij, id est, audientia, extat l. 56. tit. 5. lib. 2. noua recopil. in qua tria continentur. Primum est, Ningun Oidor, ni Alcalde haga partido direllè, ni indirellè por si, ni por otra persona, con abogado, procurador, ni escriuano, para que le de cosa alguna de su salario, ni de las receptorias, ni de otra dadina por ello. Secundum est, Que el Presidente, Oidores, Alcaldes de Audiencias, o de Cortes, Alcaldes de los hyos dalgo, Notarios, juez de vistaya, Relatores, escriuanos de Camara procuradores, fiscales, y otros escriuanos de los dichos juzgados, no puedan recibir por si, ni por interposta persona, presente ni dadina alguna de qualquier valor que sea, ni cosas de comer, ni beber, de conserjo, ni de vniuersidad, ni de persona alguna, que tratare, o verisimilmente se espera, que tratara pleyto ante ellos, durante sus officios, ni lo puedan recibir mugeres, ni hyos en poca ni en mucha cantidad direllè, o indirellè, ni los letrados, ni procuradores de pobres. Tertium est, Que los siso dichos juezes no richan presentes, ni cosas de comer de los abogados, ni procuradores, ni Relatores de las Audiencias.